

# ARITHMETICES

deleto, similiter cum tertio ages, eiusq<sub>3</sub> productum à tertio loco incipies scribere. Postremò totum illud productum per additionem in vnam summam colliges.

1 5 4 7	Multiplicandus.
3 6 4	Multiplicator.
6 1 8 8	
9 2 8 2	Addendi.
4 6 4 1	
5 6 3 1 0 8	

Quæ est multiplicatio articulorum?

Digitos solos inter se multiplico, hinc Ziphras, quotquot adsuerint in fine, producto addo, vt:

2 6 / 0 0 0
2 / 0 0
5 2 0 0 0 0 0

In hoc exemplo, duo, quæ sunt in multiplicatore, in superiores numeros, videlicet 26 duco, hinc Ziphras tam multiplicatoris, quàm numeri multiplicandi producto addo.

Probatio.

Probatio fit per sequentem speciem, videlicet Diuisionem, hoc modo: Diuide productum per multiplicatorem. Si redeat numerus multiplicandus, bona fuit operatio.

2 4 6